



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Petri Danielis Huetii Demonstratio Evangelica**

**Huet, Pierre Daniel**

**Parisiis, 1679**

I. Disputatur de Auctore libri Judith. Variae opiniones proponuntur.


**urn:nbn:de:hbz:466:1-16260**

## PROPOSITIO IV.

Ptolemæum Philadelphum transmisit Eleazarus Pontifex? Neque vero ejus auctorem Theodotionem dicam, quod multi faciunt, quippe quam vidisse certum sit Scriptores antiquiores Theodotione. Potius est ut eam Ægyptiis Hellenistis adscribam, quos & eam ex Chaldaico exemplari excepisse verisimile est, & ad reliquas Scripturæ sacrae partes à Septuaginta Senibus Græce conversas, & usu quotidiano versari sibi solitas accidisse; atque hinc porro accepisse Christi Ecclesiam, & in suum demum Canonem retulisse.

*Refelluntur  
argumenta  
Adversario-  
rum.  
Unicum ar-  
gumentum.*

V. Nunc vero postularet hic locus, ut vulgaria argumenta quibus oppugnari solet Liber iste, pro more nostro discuteremus: quod quoniam abunde factum est ab aliis, præsertim ab iis qui suscepisti adversus etatis hujus Heterodoxos velitationibus & controversiis inclarerunt, disputatione hac supercedebo. Unicum hoc refellam, quo ea Libri hujus antiquitas, quam statui, convelli potest, quod nempe non fuerit in Canone, cum credibili sit minime eum prætermisuram fuisse Synagogam magnam ac Esdram, à quibus Canon conditus est, si jam ante exitisset. Verum cum eo tempore maximis rerum difficultatibus premeretur Iraëlitica gens, quamvis libertati & patriæ reddita, nondum Esdras, quantumlibet studiosus ac diligens, omnes gentis suæ historias & veteris memorie monumenta à popularibus suis scripta colligere potuerat. Quæ postmodum reperta ab aliis, in Canone jam clauso & obsignato locum non habuerunt.



## DE LIBRO JUDITH.

I. Disputatur de Auctore libri Judith. Varie opiniones proponuntur. II. Incertus est ejus Auctor: conjectura etas exploratur. Probatur eius γνωστός & antiquitas. III. Libros Tobie & Judith inter Hagiographos ab Ebreis esse postos contra Scaligerum defenditur. IV. Disputatur de priscis libri Judith interpretationibus. V. Judith tempore Manassis regis Iuda facinus suum videtur edidisse. VI. Refelluntur argumenta Adversariorum. Primum argumentum. VII. Secundum argumentum. VIII. Tertium argumentum. IX. Quartum argumentum.

*Disputatur  
de Auctore  
libri Judith.  
Varie opinio-  
nes proponun-  
tur.  
Hieron. Praef.  
in Judith.  
Ibid. Orig. libr.  
6. cap. 2.*

Euseb. Chron.  
libr. 2.

Grot. Praef. in  
Judit.

*Incertus est  
ejus Auctor:  
conjectura*

I. QUAE de libro Judith dicturi sumus, paria sunt propemodum iis quæ de libro Tobie diximus: nam & ex Ebraeorum Canone segregatus est, & à Christi tamen Ecclesia receptus, & quæ in eo narrantur minime fictilia esse agnoscunt Judæi, & Librum ipsum inter Hagiographa collocant, Hieronymo teste, & Libri auctori ac scriptoris tempus veniunt itidem in controversiam, & recentiorum disputationibus adeo ventilata sunt in utramque partem & excusa omnia, ut vix quidquam videatur addi posse. Paucis tamen hanc quoque partem attingemus. Dixa incertum esse Libri Auctorem, & ita sane esse pridem dixit Isidorus. Sunt qui Eliachimum velint, alio nomine Joachimum dictum, in ipso Judithæ volumine memoratum, qui summum Judæorum Pontificatum tenuit Manassis Judæ regis temporibus, Librum elaborasse. A Josua Iosefici filio, summo itidem Judæorum Pontifice, Zorobabelis comite, scriptum esse affirmat Jedidæus, hoc est Philon Alexandrinus, in libro De temporibus, quem è Latino Ebraice retulit R. Azarias in פָּאָרְעָן יְהִיּוּן; quippe Judithæ historiam Xerxis avo eveniente censebat. At quamvis hoc opus Jedidæi sit ipsum Pseudo-Philonis Judæi Breviarium temporum, ita tamen interpolatum est, ut aliud videri queat; & Joachimo Josuæ filio, summo itidem Pontifici, in Latina hac scriptio ne supposititia adscribitur liber Judith, qui Josuæ ipsi in Ebraica. Hieronymus in interpretatione Eusebiani Chronicæ hæc scribit: Καμβύσης αινιτος ab Ebrais secundum Nabuchodonosor vocari, sub quo Judith historia conscribitur: cum debuisset scribere, sub quo Judith historiam ferunt contigisse: sic enim habent Græca: εἰς τὸν καὶ Ιωάννην ισραήλ ποτε γεγένεται. Grotius lucubratum putabat hoc opus Antiochi Epiphanius temporibus, paulo ante Assamonicorum principatum, totumque ἡγεμονίαν censebat & concinnum ad confirmandos Judæos adversus graffantem impii hujus Regis tyrannidem.

II. Ego in re incerta ab omni me assensu suffineo. Quod si tamen in tenebris mire liceat, scriptum conjiciam Babylonicae captivitatis temporibus, ad leniendam exilii hujus ægritudinem, & spe arrigendos Iraëlitarum animos. Id sua det Chalda-